

DA DOMINE INCREMENTVM!

AD

# LVSTRATIONEM VERNAM

ATHENAEI BUDISSINENSIS,

A. MDCCX. IV. ANTE CAL. MAJAS. B. C. D. SVSCIPENDAM,

SIGNA ET CAVSAS  
RVENTIVM SCHOLARVM /  
PRAEFARI,

AMPLISSIMOS QVE PATRES CONSCRIPTOS,  
EPHOROS ATQVE NVIRITORES NOSTROS  
BENEFICIENTISSIMOS,

ET QVOTQVOT JVVENTVTIS LITERARIAE  
VERNANTE PROVENTV CAPIVNTVR,  
HVMANISSIME INVITARE,

TVM VERO,  
VT FINITO HOC LVSTRALI SACRO,  
IPSIIS CAL. MAJ. HORIS ANTEMERID.  
PROPITIOS LARES VIALES

TRIBVS PIIS ATQVE INDVSTRIIS JVVENIBVS,  
VALE HVIC PALAESTRAE DICTVRIS.

COMPRECARI VELINT,  
SVBMISSA OBSERVANTIA  
CONTENDERE DEBIT,

M. JOANNES SCHVLTZ,  
RECTOR.

BUDISSAE, LITERIS RICHTERIANIS.





## Ui ad interiora rerum Civilium sa-

craria sunt intromissi, & veram Prudentiam, non ex umbratili ineptientis seculi supercilio, sed ex ipsis fontibus Veterum Civilis doctrinae Magistrorum, ex visceribus optimorum Historicorum, qui

rerum eventuumque causas insigni judicii nervo

excusserunt, usū pariter & assidua tractatione sibi

compararunt; Solent arcanas quasdam divinationes sigillatim sibi depu-

ture, & designis atque indicis rerum publicarum ruiturarum ita dispice-

re, ut praelagia eorum raro eventus destituat, sed urgente velut fati

necessitate, & vi praeципite invicti malū, roboret magis arque confir-

met. Ex Graecis vel unus Demosthenes, perspicaci hoc prudentiae o-

cule instructus, Atheniensibus duram servitatem portendebat, & amissum Helleponi, Euboeae, Megarae &c. praenunciabat: Philipp., III.

pag. m. 46. Opp. edit Genev. 1607. fol. cum Ulpiani Scholis & Not. Hieron.

Wolfi Tion cūn iūnes κινδυνεύστερι ἀν εἰ πένοιτο; τῷ δὲ ἀλλοποίητον ίμψιν, αλλοτρι-

ωδίαις, τῷ μεγάλον καὶ τῆς εὐθείας τὸ πολεμῶνδ' ίμψιν γενέθαι κύριον. Τῷ πεδονο-

νούσιον τικέτω φροντίσται. Επει τὸν τέτο τὸ μηχανητικόν πολὺ έφισταται κατα-

πονευδέσται, τέτοι εἰσονή ἄγειν ἐώθ Φῶ ποσού ίμψας; Quo igitur vos in pericu-

lo eritis siquid acciderit? In eo, quod Helleponia a vobis alienabitur: quod

is, qui vobiscum bellum gerit, Megaris & Euboea potierit, quod Pelopo-

nenses cum eo conspirabunt. Eum igitur, qui hauc machinam contra urbem

erigit atque apparat, pacem agere dicam erga vos? Quae omnia sane &

graviora adhuc Athenienses manferunt, & durum Philippi jugum qua-

si eminus ostenderunt. Romani Scriptores quanta vi praeſaga non fi-

gna modo ruritare Reipublicae, sed cautas etiam aperte recensuerunt?

Profecto ille Romanæ Historiae prudentissimus Scriptor T. Livius,

quem Patavini non sine causa cum digito ori appresso effigiarunt, obfin-

gularem ejus tum sapientiam, tum modestiam, ut qui multa scribendo, lon-

ge plura in hominum animos cogitanda infuderit, quod judicium est ma-

gni Camerarii ad Alciati Emblem. pag. 101. edit. 1602. Ille vero statim in

limine ac fronte operis candide ruinas Reipublicae principis imminentes

expromit: quomodo labente paulatim disciplina velut desidentes primo mo-

re, magis magisque lapsi sint; tum ire coeperint praecipites, donec ad eas,

tempora, quibus nec vicia, nec remedia pati possent, perventum sit: Velle-

ju Paterculus, prudens non minus scriptor lib. II. cap. I. eadem fata de-

plorat: Sublata enim Imperii aemula Carthaginem, non gradu, sed precipiti

cursu a virtute desitum, ad vici transcursum, vetus disciplina deserita,

nova inducta, in sonum a vigilis. ab armis ad voluptates, a negotiis in-

otium conversa civitas. Omittit Zacutum, Plinium, Senecam & Historiae

Augustae, ac Satirarum Scriptores, Horatium, Juvenalem, Persium,

quavis occasione, corruptam Romanam Rempublicam perstringentes,

causasque ipsas non obscure indicantes. Etsi vero moderni Scriptores

Itali Celeberr. Struvio Bibl. Philos. cap. 7. pag. 140. parum apti ad haurien-

dam scientiam politicam videntur, tum quod ad placita Superiorum vi-

vant, tum opinionibus ante conceptis inhaereant, ac siquid noni statu-

unt, plerumque in excessu rapiantur; tamen non est negandum, eos

per naturam propemodum ingenio pollere politico, & quemadmodum

in

In exprimendo latinae linguae genio; ita & in cibilibus characteribus exponendis, velut per traducem amajoribus nonnihil hauiisse. Certe qui in Tacitum Discursus ediderunt Itali *Philippus Caurianus*, *Virgilius Malvezzi*, *Trajanus Boccalini* (sub qua persona latere creditur Cardinalis Cajetani vid. *Jos. Arudi. Bibl. H.p 356.*) *Pius Mutius*, & qui primo nominandus *Scipio Ammiratus*, aliquique recentiores Taciti sagacitatem & assecurati fuit, & feliciter imitati. Imo *Thomas Bozios* ad nostrum etiam argumentum multa egregia & solida concessit, in Tractatu suo de Ruinis gentium & regnum Romae 1596. 8. vulgare, quem secuti deinceps ex Germanis *Paul. Matthias Wehnerus* ab Auteo suppletus in Metamorphosi Rerumpublicarum Francof. 1665. 8. *Joannes Bisselius* in Ruinis Illustribus, editis Ambergae 1656. 8. & *Joh. Adam. Rupertus*, eleganti Discursu de Ruina Nobilitatis Romanae, qui primo loco in Orationibus ejus merito conspicitur. Ex Batavis *Martinus Schockius* singulari libro causas interitus, Reipublicae Achaeorum prudenter excusit 1664. 12. quique in eodem argumento versatur *Joh. Schildius* eruditus de Coalitione Rerumpublicarum libro. Nec sua laude hic defraudandus *Andreas Maximilian. Fredro*, acutus & Taciti succo tinctus Scriptor, cuius Monita Polit. Moral, vel Augustissimo Leopoldo in deliciis habita, rum vero ob varia regiminis Polonicis arcana, nationi illi imprimis charus, is in Fragment. Script. edit. Gedan. 1660. 12. cap. X. pag. 239. multa de Omine Durationis Reipublicae Polon. differunt, cap. XI. vero pag. 237. signa etiam ruiturum Rerumpublicarum promit, & tandem sic finit: *Desinit esse in ea Republica remedio locus, ubi, quae fuerunt vicia mores fiunt.*

Projecto quae Rerumpublicarum, eadem & Scholarum conditio est habent & iliae suam infantiam, adolescentiam, & virile Decus, ac robustam denique: & ut Poeta ait, viridem senectam, quae nisi vitium contrahat, aut torpore exolefacat, sed novis subinde adjumentis muniatur, facile durationis ornentur, & viribus infraicta suis, instar protcerae arboris minime ruinam dabit. Neque vero existimandum est, casu saltim, instar formicarum, coalescere ejusmodi coetus literarios, aut caeca quadam fati lege nunc increbescere nunc decrescere ac tandem expirare. Sed quemadmodum in Ruinis & fatalibus Conversacionibus Rerumpublicarum certa se produnt signa, certae causae, quibus si mature occurratur, conservari status civilis, & minimum ab excidio imminentे liberari potest: Ita in Scholis quoque certi saepe invalescent morbi, & tensim vires capiunt, ut nec vita demum nec remedia pati queant. Evidem Medici habent suam Semioticam, quae tum signa morborum pandit, & Prognostica vocari solent: Annon in morbis Scholarum dignoscendis (de quibus praeter ceteros egregie tractat summi judicij & usus Vir *Guilielmus Mechowinus* in Hermathene. Illustri Morhofio toties commendata, Tr. ill. cap. IX. pag. 564. seqq.) adeo inopes consilii autemque erimus? Statistam nobis Scholasticum dedit *B. Weisius*; profecto si quis Archistarum Scholasticum daret, & in veteratum malum expugnaret, ad quod tamen penitus tollendum, Elias nobis cum Judaeis experimentandus erit. Enim vero Divina providentia subinde excitavit Viros, Spiritu Zeloque divino praeditos, qui, quod in communī incendio fieri amat, con-

clamarunt, opemque ferre connisi sunt. Iple *Philippus Melanchthon*, Instaurator praecipius literarum per Germaniam, primam omnium Orationum luarum de Corrigendis adolescentium studiis Viembergæ habuit, teste diligentissimo Petro Vincentio Rectore, olim Gorlicenfum fidelissimo, in Catalogo Script. Melanchthonis, ad ann. 1518. edit. Gorlic. 1522, & haberur quidem illa, Tom. I. Declam. pag. 490. edit. Argent. Hunc fecuti per intervalla Viri munieris sanctitate & vitae innocentia praeluentes: *Erasmus Sarcerius*, *Urbanus Rhegius*, *Hieron. Wellerus*, *Job. Val. Andreæ*, *Paulus Egardius*, *Job. Saubertus*, *Job. Schmidius*, *Budissa nativus*, *Job. Mysartus*, *Johann. Mich. Dilherus*, *Conradus Hornejus*, *Balthasar Schuppinus*, *Havemanus*, *Kortholtus*, *Spenerus*, *Bern. Schottanus*, *Leuchnerus*, *Pomarius*, *Coelestinus*, *Wilckius*, *Mitternachtius*, *Seiboldus*, *Diesenbachius*, *Grabovius*, *Vockerodtius*, *Statius Buscherus*, & nuper, Pientissimus *Job. Geib. Meuschius*, qui omnes, & complures adhuc alii, sigillatim morbos Scholarum ingenue indicarunt, & de remedis etiam maturis ac usu compertis, graviter consultarunt. Etsi verò horum consilia per partes adducere pagellarum angustia non permitit; praecipiū tamen, quique subacto in literis judicio possint. *Edmundus imprimis Rickerius in Obstetric.* pag. m. 205. *Job. Petrus Titius eleganti Comment. de ratione studiorum antiqua*, quae in Manud. ad Excerpt. habetur pag. 122 seqq. *Christoph. Cellarius in Oratt.* pag. 160. Cl. Vockerodt Conf. pag. 2. alibiique, passim, non postremam ruentium literarum causam annotant. *Oblivionem moris antiqui*. Enim vero mihi semper placuit judicium Viri magni Christi Beoldi, quod de antiquis literarum rationibus tulit, illas quidem omnino sancte servandas esse; *nova vero illa, nec plane contemnenda, nec nimium appetenda esse*; volo itaque, ut praefenti instituto satis faciam, in re plena odii atque invidiae; aliorum portius, quam mean Symbolam afferre, atque de signis causisque ruentium Scholarum Orationem gravem ac multo cum judicio scriptam, Viri, Patrum memoria Celebrissimi, *Christoph. Pelargi*, recensere qui si ex nobis fuisset, nunquam ad aliena castra transiisset, quo de judicem suum iam expertus est, habetur autem illa in *Plejade Orat. n. V. p. m. 290* edit. *Francof. ad Viadr. 1618. 4.* & habita fuit in Gymnasio Joachimico cum novus Rector iniciaretur. Ubi causas illas ad lequentes proponendum fontes reducit. Ac primo quidem *imminenter hujus universi finem* ponit, quo appropinquate, tanto major est Diabolifuror, quod ut *B. Luherus Praefat. Comment. in Epistol. ad Galat.* loquitur ipsi dæmones, *alios obsidere, & supra Daemonum furorem furere videntur*, cumque tempus breve sit, Scholas, Officinas Pietatis, subvertere, *lusa que contra ea propagare*, *Apoc. II, 9. III, 9.* summo studio constituantur. Qua de causa Christus ipse per Angelum Vae! ac clamari jubet his qui habitant super faciem terræ &c. Ergo cum teneram juventutem ille fraudum Artifex, variis illecebris, ad naturam, cuiusque compositis, facile ubi vis capiat, & per alios etiam nebulones educat; quid mirum? quod ex primo hoc fonte, secundus etiam subnalcatur, nempe *crescens omnium iniurias*. Profecto ubi Pietas vera exulat in Scholis, non possunt non omnia quotidie in deterius ruere, & iniurias contra maiores vires sumere. In *Platonis Opp. statim ab initio extat egregius Dialogus*, dictus *Eud. Dqsv.* qui de *vera & falsa pietate* tractat, quem recentet *Fabricius Bibl. Gr. lib. III. cap. i. pag. 7.* & quanta Pie-

Pietati p̄aeconia scripserint pagani, vid. apud Celeberr. *Mechovium in Paracel.* Philos. pag. 353. At nos, proh dolor! ne ad paganam quidem pietatem in Scholis fere adspiramu; multo minus ad Christianam; hanc exulare ubique, videt foederata Belgica, Germania ingemiscit, experitur Britannia, clamat Italia, ac Musae ipsae oppræsæ jacentesque nec sine ejulatu plangunt, ut loquitur summus in Batavis Theologus Frid. Spanhemius Orat. de corruptis emendandisque studiis Tom. II. Opp. p. 1485. scqq. Sybilla olim vaticina, vel quicunque sub hoc nomine latet, praedita;

υπεργενες ἀδεξης χαντερεγες αινων

*Ultima producit pravos insigniter actas.*

Profecto & nobis exclamandum cum Seneca: *In nos actas ultima venit, O nos durasorte creatos!* Sed pergitum ad reliquias causas, quas nudas tantum dare angustia haec praeciput, scil. III. *Domesticae Diciplinæ lenitas* non parum quoque ad ruinam Scholarum confert, imprimis si V. accedat *Magistratus incuria*, & V. *Evergetarum paucitas*, contra ea crescat quotidie VI. *Contemptus Scholarum & Artium*: tum VII. *Docentium infidelitas, torpor, indulgentia, & disciplinæ laxitas*, dñsθodæ, ἀπο-  
εια, αναξία, *Pedantismus, Barbaries*, & innumeræ alia sensim invajescunt, & ita demum in habitum ac naturam te induunt, ut, velut in desperata causa, nullo amplius remedio locus sit. Scio causas illas nimis laxas & adhuc alias subesse intimiores, quae ad hujus vel illius Scholæ statum corruptum proprius accedunt, & intra viscera delitescunt, difficulter que cognosci, ac protrahi in apricum possunt: Sed de his alibi forte dicendi locus erit:

Utrum igitur ejusmodi etiam signa atque causæ Ruinarum in nostra sece Schola exerant; (DEus avertant omen!) Agite, o Patres Conscripti, Praesides, Ephori, Corpp̄ivæ atque Regæstivæ hujus nostri Athenaci, per divinam Clementiam & Vestram Providentiam floren-  
tis; Cognoscite praefetti Lustratione literaria, quinam boni atque industrii fuerint ex nostris Alumnis, qui que laude ac praemiss digni; qui deinceps negligentes, dissoluti, contumaces, & pietatis ac disciplinæ, pessimi hostes; quos equidem haec tenus spe emendationis toleravi, ac leniter habui; ne evilesceret tamen Disciplinae nomen, graviter quoque in transgressores animadverti, ut poena ad tuum, timor ad omnes transtiret, dicente *Lipso*, cumque nuper in ejusmodi turbatorem pacis domesticae idem animadversionis statuerem; Diabolus, sanctioris disciplinæ hostis, per nequissimos nebulones (quos utinam cognoscere possem) famam in vulgus sparsit, quasi ille refractorius fuerit, & nescio quid in me intentaverit; id vero falsissimum ac putidissimum commentum esse; publice testor, & Diaboli haec sputa in sinum ejusmodi de-  
latorum denuo expuo, ne amplius suis calumnis me faceant.

Horum ex numero non fuerunt, qui in Aspectum Vestrum, Patres Amplissimi prodire jam parant Juvenes excitatae indolis, & quoniam per complures annos in Schola Vestra bene constituta, enutriti, Vestris Beneficiis ornati, & in justum Pietatis ac Eruditionis tramitem, partim Ve-  
nerandi sensis nostri, Job. Rosenbergii, qui ex proverbio Hebraico, bo-  
num adhuc in domo nostra signum est, partim reliquorum Dnn. Prae-  
cepto-

*EKTg 53*

X 3047836


VDA8

ceptorum, fido Magisterio deducti fuerunt, (mea enim opella vix per semestre hoc usi sunt) ut nunc digni habeantur, primis illis mysteriis tatis initiati, qui ad altiora Sacrae Musarum intromittantur; eam fibimet ipsi pietatis ac grati animi legem indixerunt, atque publicum Vale dicendi copiam a me sibi fieri modeste rogitarunt.

Primus igitur Christianus Gottfried Alberti Bernstadiensis Lusatius, Pl. Reverendi Do. Pastoris ibidem Filius, pius, probus, ingenuus, modeitus, diligens ac bona frugis, hic cum rerum sacrarum studiis se confecraverit, ita se gessit, ut & eas linguis ac Artes, fini preffixo profuturas, solerter imbibheret, & in morum etiam Disciplina, semper ad arduum illud & angelis ipsiis tremendum manus, quod studiis suis, volente DEO, intendit, oculos reflecteret, nihilq; adeo contra honestatem aut morum elegantiam admitteret, quod cum ab aliis fieri inteligeret, ausus est argumentum Practicum: *De Moribus Scholarum earumque causis*, sibi depupare, non quasi nasum rhinocerotis habere, aut ante dies in hos annos inquirere videatur; sed animo veritatis studioſissimi, simplici, modeſto, ac pietatis in hanc Scholam, quam Matrem agnoscit, retinetissimo, Preçamur autem iphi in abitum Felicitatem Alberti illius Magni Lipsiensium Theologi, ut eam amuletur, & exprimat, minimum ſemper in oculis ferat!

Alter Gorifried Weishaupius Budissinus, excitate indolis, & felicis ingenii Juvenis, qui intructus praesidiis politiorum literarum, studiis politicis atque ad Juris disciplinam pertinentibus le addixit, nec vanos ab eo nobis fructus promittimus, & Patronis ac Benefactoribus solerter ipsum commendamus! Ille de Remediis horum morborum exponet, & Patronis gratias exsolvet maximas, maiores etiam habebit. Quemadmodum autem Candor olim præcipuum Capitis ornamentum fuit, vid Paulini de Candore edit 1703. Ita ut candò ſemper ingenio, animo, vultu, fit, imo ut candida ipſi fluant omnia, bene ominantes comprecamur.

Tertius Christianus Friedericus Kindermann Oberſcifferstorff. Lusatius, de Jacobis meutis Scholarum commentatur, B. Parentis ejus fuit Pastor ejusdem loci vigilansissimus, atque induimur in bonam spem, fore, ut votis coniunctorum necessitudine, imprimis Plur. Rev. Marchii, Pastoris apud nos secundarii amoris sui aliquando respondeat! Deus T. O. M., eum tanquam salutare Organon instruat, ut multos demum liberos immortalitatibus eretur & ad Christum adducere potis sit! Ita igitur o mei! nec horum Votorum memoriam deponite, fint vobis propitiis Viales Lares! Vos vero Patroni, & literarum ac literatorum Fautores accendite & aliorumabitientium gratam mentem. Vesta honorifica præſentia, atque certissimas, quas fpondemus, a nobis gratias expectate! PP. A. R. O. MDCCX. V. ante Cal. Majas



DA DOMINE INCREMENTVM!  
AD

# LVSTRATIONEM VER

ATHENAEI

A. MDCCX. IV. ANTE CAL.

SIGNA E  
RVENTIVM  
PRA

AMPLISSIMOS QVE  
EPHOROS ATQVE  
BENEFIC

ET QVOTQVOT JVV  
VERNANTE PRO  
HVMANISS

TV  
VT FINITO HOC  
IPSIIS CAL. MAJ.  
PROPITIOS

TRIBVS PIIS ATQVE  
VALE HVIC PA  
COMPREC  
SVBMISSA  
CONTENE  
M. JOANN  
RE

BVDISSAE, LIT

B.I.G.  
Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Farbkarte #13

Centimetres

18  
17  
16  
15  
14  
13  
12  
11  
10  
9  
8  
7  
6  
5  
4  
3  
2  
1

inches

1  
2  
3  
4  
5  
6  
7  
8  
9  
10  
11  
12  
13  
14  
15  
16  
17  
18  
19

